Jakośmy zawsze Naywyższych Pasterzow Kościoła Świętego y Zwierzchność Stolicy Apostolskiej od Przodków Naszych do tych czas szanować y wenerować zwykli, tak y teraz tę naszą y Rzeczpospolitey ku Stolicy Apostolskiej chcąc świadczyć rewerencyą, naznaczamy do Oyca Świętego Poselstwo, na które Wielmożnego Jana z Tęczyna [sic] y Czekarzewic Taria, Woiewodę Lubelskiego, Grabowieckiego, Medyckiego, Jasielskiego Starostę, Generała Leytnanta Infanteryi woysk naszych<sup>158</sup> ordynuiemy y przez tego Posła Naszego upraszać Oyca Świętego będziemy, aby nam, wolnym Narodom, in Iuribus Cardinalibus Maiestatis et Reipublicae, necnon Patronatus, ubliżać nie pozwalał, oraz te praeiudicia et gravamina, które tak od Zakonników wdzierających się w Opactwa, jako y innych Duchownych, uzurpujących Beneficia bez Prezent Naszych Królewskich ponosimy; tudzież w aggrawacyach Wojewodztwa Krakowskiego y innych Woiewodztw y Ziem prowizyami do Summ Wyderkowych, w pociagnieniu spraw świeckich do swego Duchownego Sądu, w Appellacyach, Inhibicyach Sądom Swieckim z Konsystorzów y Nuncyatury często założonych, y inne abusus Iurysdykcyi Nuncyatorskiej internam quietem tego Królestwa wzruszając, aby świątobliwie odwrócić y oddalić raczył, circumscribendo Trybunał Nuncyaturae ad instar innych Nuncyatur w Państwach Katolickich znaydujących się, oraz abrogando wszystkie abusus y exorbitantias teyże Nuncyatury, cum summo gravamine et praeiudicio Status Saecularis et Ecclesiastici, a oraz praerogativae Legati Nati. Gwoli czemu o rewokacyą terażniejszego Nayprzewielebniejszego w Bogu Xiędza Nuncyusza<sup>159</sup> serio et indilate instabimus.

Przytym reassumuiemy wszystkie Prawa y Statuta, któremi Iura Patronatus Nostri Regii są warowane, tak w Koronie, jako y w Wielkim Xięstwie Litewskim, osobliwie Statut Albrechta anni 1496<sup>160</sup>, Alexandra 1505<sup>161</sup>, Zygmunta Augusta 1550<sup>162</sup>, Konstytucyą 1641<sup>163</sup> et Pactis Conventis<sup>164</sup> y ostat-

<sup>158</sup> Ioannes Tarlo (1684-1750), palatinus Lublinensis a. 1717-1736, generalis dux (leytnant) exercitus regni ab a. 1717.

<sup>159</sup> Vincentius Santini, nuntius in Polonia annis 1721-1728, cfr. infra App.N. 23-24 et Tab. XLVI.

<sup>160</sup> Cfr. ,*Volumina legum*, I p.293 (De dignitatibus et officiis).

<sup>161</sup> Ibidem, I p. 306 (De impetrantibus beneficia iuris poatronatus).

<sup>162</sup> Ibidem, II p. 599 (Ut collationi).

<sup>163</sup> Ibidem, IV p. 12-13 (Iura patronatus).

<sup>164</sup> Sunt pacta conventa inter Status regni Poloniae et regem Augustum II a. 1699; locus citatus

nim Traktatem anni 1717<sup>165</sup> ubeſpieczone. Statut także de Cortesanis anno 1538 et 1540 postanowiony<sup>166</sup>, Konstytucyą anni 1641 reassumowany<sup>167</sup>, odnawiamy i według opisanja iego in contravenientes, aby poenae irremissibiliter extendantur mieć chcemy. Opactwo y innych Beneficia Duchownych Prezentacyi Naszey, nikomu bez prezenty y nominacyi naszey dzierżec nie pozwolemy y do egzekucyi to Prawo Wielmożnym Ministrom Status et Hetmanom przywozić zlecamy, aby ad amovendos usurpatores et cohibendos abusus Nunciaturae, gdy tylko będzie potrzeba, ludzi dodali, nieposłusznych y przeciwnych dawniejszym Prawom y tey Konstytucyi, tak same osoby, jako też dobra cum praeiudicio Patronatus Nostri uzurpowane sekwestrowali, facta factis opponendo.

### N. 23.

#### **Gravamina Comitiorum Grodnensium super iurisdictione nunciaturae Summo Pontifici praesentanda**

[Grodnae, 1727]

*Enumerant praesumptos abusus nunciaturae in Polonia: 1) nominationem auditoris Iosephi Palma, contra legem Decretalium a nuntio Santini factam; 2) conatus Palmae et antecedentium auditorum iurisdictionem nuntii exercendi, nuntio in Polonia absente (rationem, cur id fieri non debeat, probant exemplis libertatum Ecclesiae Gallicanae et fato olim auditorum Bentini et Favini; rei-ciunt rationes a nuntio Santini in eius epistula ad epos Poloniae adductas); 3) illicitum exercitium iurisdictionis, olim a nuntiis Spada et Piazza, extra fines Poloniae Opaviae residentibus, contra legem factum; 4) praxim, decreto Urbani VIII contrariam, a nuntio Santini introductam, causas in tertia instantia (nunciaturae) iudicandi, ommissa secunda instantia (metropolitani); 5) quod maioris momenti causae non iudicantur a nuntio, uti moris est, sed a solo eius auditore; 6) quod auditor Palma pluries egit contra leges et iura tribunalium regni, nuntius vero Santini, ad probandum ius suum, multos testes veritatis ignaros adduxit; 7) usurpationem a notario nunciaturae tituli cancellarii, quod in Polonia solis duobus supremis regni ministris competit; 8) absentiam nuntii Santini in*

invenitur in: *Volumina legum*, VI p. 35.

<sup>165</sup> *Tractatus Varsaviensis, die 3 Novembris 1716 conclusus, constitutioni, a comitiis generalibus regni a. 1717 editae, annexus; vide Volumina legum*, VI p. 231-271.

<sup>166</sup> *Volumina legum*, I p. 526 et 561-562. "Cortesiani" vocabantur, qui, Romae habitantes, beneficia Polona immediata provisione pontificia adipiscebantur.

<sup>167</sup> Vide *Volumina legum*, IV p. 13.

*comitiis Grodnensibus, ad latus regis, quem semper sequi deberet; 9) excessivam taxam cancellariae nuntiaturae, quae ad merum arbitrium auditoris percipitur; 10) protectionem a nuntiatura praestitam monachis, qui ius patronatum regium et antiquam praxim nominandi abbates in Polonia convellunt; 11) enumerantur aliquot casus convulsionis iurium episcoporum; 12) abusivam fulminationem excommunicationum (casus Dąbrowski).*

**Cop.:** AV, Nunz. Pol. 394, s.f. Copia haec addita fuisse videtur ad secundam instructionem nuntio Camillo Paulucci a. 1728 datam, de quo inscriptio in capite textus "Litt. C" et scriptura testantur.

### Abusus et praeiudicia

a Nuntiatura Apostolica Iuribus Maiestaticis et Reipublicae Poloniae  
nec non Primatialibus Metropolitanis ac aliorum illata

**Primus abusus** Nunciaturae ponitur, quod Ill. mus D. nus Santini, Aepus Trapezuntinus (an in contemptum Collegii Episcopalis et Cleri autoritatisque Metropolitanae Legationis Natae praeiudicium), Rev. mum D. num Ludovicum Favini<sup>168</sup>, Auditorem a principio Nunciaturae suae assumptum, Presbyterum et natum, Iudicii (an ex respectu sanguinis sui) ab Auditorio amovit et in locum illius personam iuvenem et laicam, Rev. dum D. num Iosephum Palma, assumpsit<sup>169</sup>, licet alias Sacerdotes et Praelatos, aliasque personas, in dignitate ecclesiastica constitutas, viros practicos, non scholasticos, ac graves, conformando se [v] ad cap. Statutum, lib. primo, cap. 3 De rescriptis in Sexto Decretalium<sup>170</sup>, exemploque Celsissimi Primatis et Illustrissimorum D. norum Episcoporum (qui semper Praelatos Cathedrales, Officiales et Auditores Curiarum suarum creare solent; et alii etiam Notarios Consistoriorum suorum in vestitu clericali exeuntes habent) Ill. mi D. ni Nuntii constituere deberent et praedictus Ill. mus D. nus Santini assumere debuit. Quale vero dedecus, an iniuria cleri et saecularium personarum, iurisdictionumque ex eiusmodi assumptione abusiva subsequuta fuit, infra patebit. In futurum vero ne fiat eiusmodi abusus praecavendum.

**Secundus abusus**, quod antedecanei Rev. mi D. ni Auditores Nunciaturae et modernus Rev. mus Palma praesumpserunt [r] et praesumpsit sibi Ius quoddam exercendae Iurisdictionis, extra Regnum existente vel abscedente Ill. mo D. no Nuntio, Vicesgerentes se subscribendo. Cum vero in Legatione ele-

<sup>168</sup> Auditor antecessoris Santini, Hieronymi Archinto, cfr. Tab. XLV.

<sup>169</sup> Cfr. Tab. XLVI.

<sup>170</sup> "Sanctimus, ut nullis, nisi dignitate praeditis, aut personatum obtinentibus, seu ecclesiarum cathedralium canonicis, causae, auctoritate litterarum Sedis Apostolicae, vel legatorum eiusdem, de caetero committantur", *Liber sextus decretalium* Bonifatii VIII, liber I, cap. XI (!) *De rescriptis*.

cta est industria personae et a suscipiente acceptata, ideo in bullis ponitur, ut per se exercent Legationem, non per alios. Unde etiam Curia Galliae anno 1519 admisit quidem Legationem Cardinalis Ambrosii<sup>171</sup>, ut tamen ipse nequeat dare in sua absentia, aut altero praetextu, alium Vicarium aut Substitutum cum pari autoritate et facultate, ut habetur tomo 2° Libertatum Ecclesiae Gallicanae, cap. 23, n° 27<sup>172</sup>.

In nostra quoque Polonia Rev.mus D.nus Bontini, Auditor Nunciaturae, post discessum olim extra Regnum Eminentissimi D.ni SanctaCrucis [sic]<sup>173</sup>, impeditus fuit in exercitio praetensae Iurisdictionis [v], quae cessaverat cum Ill.mo suo Principali, per Ill.mum et Magnificum olim Stanislaum Lubomirski, Supremum Regni Marescalcum, de tempore Ser.mi olim Ioannis III, Regis Poloniae; et dum contempsisset mandatum regium et marescalcale, imposita fuit custodia et Militia Marescalcalis, debuitque intra 24 horas sequi suum Principalem<sup>174</sup>. Post fata quoque Ill.mi D.ni Archinti<sup>175</sup>, Auditor ipsius, praefatus Rev.mus D.nus Favini, non est ausus exercere iurisdictionem, licet ipsam sibi delegatam per litteras transmissam habuerit ab Ill.mo D.no Santini Nuntio et Sede Apostolica, quousque Versaviam [sic] non venerit, et ab eo, ad quem missus, acceptus non fuerit.

Monet quoque [r] Hoppinus libro 2° de Sacra Politia, tit. 4, n° 3, adiectum fuisse Senatus Consulto Gallicano, Legatum de latere tamdiu potestate usurum, quamdiu ageret in Provincia dumtaxat, non si Regno Francico semel exisset, aut quousque placuisset Principi<sup>176</sup>. Immo, Legati in Regno Galliae iurare consueverunt, quod Legatione non utentur in Regno, nisi quamdiu regiae libuerit voluntati; adeo, ut cum primum certiores efficientur, quod regiae voluntatis est, ut amplius illa non utantur, statim cessare et desistere illa debebunt, ut describit Zegerus loco citato<sup>177</sup>.

Quod modo Ill.mus D.nus Santini, Archiepiscopus Trapezuntinus, aegre fert in litteris suis circularibus ad Celsissimum Primate<sup>178</sup> et Ill.mos D.nos Episcopos de die secunda [v] Ianuarii anno currenti 1727 scriptis, quod per novellam legem publicam Grodnensem<sup>179</sup> Maiestas Regia<sup>180</sup> et Respublica supplicare commisit, ut revocetur, executioque respectu abusuum Nunciatu-

171 A. 1519 legati munere in Gallia fungebatur card. Bernardus Bibbiena († 1520); nemo cardinalis illius temporis utebatur nomine Ambrosii.

172 Cfr. opus praecipui fautoris gallicanismi, quem vocant, Petri Pitou, *Les libertés de l'Eglise Gallicane*, Paris 1594.

173 Andreas Santacroce discessit Varsavia 27 V 1696.

174 Cfr. supra, App. N. 21.

175 Hieronymus Archinto, nuntius a. 1720-1721, mortuus est Varsaviae 1 X 1721, cfr. Tab. XLV.

176 Auctor et opus ignorantur.

177 Iacobus Zegers, *Humilis et supplex querimonia adversus libellum r.p.s.I. regiae capellae Bruxellensis concionatoris et theses Patrum Societatis, Lovanii A. 1641, 22 Martii disputatas*; libellus spiritu gallicano, quem vocant, imbutus et ideo in *Indice librorum prohibitorum* collocatus a. 1641, citatus hic in supramemorato opere Hoppini.

178 Theodorus Potocki (1664-1738), aepus Gnesnensis et primas Poloniae ab a. 1723.

179 Cfr. supra, App. N. 22.

180 Augustus II Saxo († 1733), rex Poloniae ab a. 1697.

rae Ill.mis D.nis Regni Marescalcis commissa est, qui occurrendo abusui, multoties etiam de recenti commisso, inhaerendo eidem Novellae Legi et Resultato Senatus Consilii, Conferentiarumque Grodnensium, illud ad executionem deduxerunt, denunciando Generoso Cancellario Nuntiaturae<sup>181</sup> et Procuratoribus Causarum, quod iam cessaverit officium seu ministerium Ill.mi D.ni Nuncii, cessante consensu Suscipientium, et quod sic placuit Maiestati et Reipublicae, cum expressa, ne accedant ad iudicia, inhibitione, [r] vi consuetudinis aliorum Regnorum, in quibus in simili casu non ausi sunt Ill.mi D.ni Nuncii querelari coram Sede Apostolica, prout eo fine modernus Ill.mus D.nus Santini conquisivit erronea testimonia a Procuratoribus noviter admissis et iura aliorum Regnorum ac Statum Politicum ignorantibus, atque contra Maiestatem, Rempublicam et Ministerium Regni deponere testimonia non valentibus, super ac si praedicta iurisdictione, quae iam ipso facto post latam legem et ad notitiam deductam cessavit.

**Tertius**, quod non solum Rev.mi D.ni Auditores Nuntiaturae praesumunt sibi ius exercendae iurisdictionis, extra Regnum existente Ill.mo D.no Nuntio, vel abscedente, verum et ipsimet Ill.mi D.ni [v] Antecedanei Nuncii, posthac Eminentissimi nuper defuncti Spada et Piazza<sup>182</sup>, praesumpserunt extra Regnum, in Silesia Opaviae, exercere iurisdictionem suam et causas a Regni Poloniae Consistoriis evocarunt. Quod ne amplius, etiam stantibus guerris et bellorum tempestatibus, fiat, serio praecavendum.

**Quartus**. Breve Urbani Papae VIII anni 1634 de Foro in criminalibus, in Constitutionibus Synodalibus Wenzkykavianis, per Sanctam Sedem Apostolicam approbatis, insertum, sat clare edisserit, ut tres tantum sint instantiae: prima Ordinarii, secunda Metropolitanis, tertia Nuntiaturae<sup>183</sup>. Et Constitutio Regni anni 1635, fol. 9 l.: Forum personarum Equestris Ordinis cum Spiritualibus in personalibus criminalibus Regni et Magni Ducatus Lituaniae, ne in criminalibus per appellationes [r] post Curiam Romanam aggraventur Poloni, praescripsit intra Regnum trinarium instantiarum, ad tenorem eiusdem Brevis<sup>184</sup>.

Huic tamen Brevis, Constitutionibus Synodalibus et Legi Regni derogavit moderna Nunciatura iudicando causam criminalem inter Magnificum Krasnodęmski [sic], Iudicem Terrestrem Drohiciensem, et Perillustrem Krasovski, Canonicum Varsaviensem, ommissa secunda instantia Iudicii Metropolitanis Gnesnensis, et deferendo appellationi ad Curiam Romanam anno 1724.

<sup>181</sup> Adalbertus Skwarczyński, vel eius nepos Stephanus Skwarczyński, qui tunc cancellariam regebat tanquam procancellarius, cfr. Tab. XLVI.

<sup>182</sup> Nuntii annorum 1704-1708, qui re vera Opaviae, in dominio imperatoris, residebant; cfr. Tab. XL, XLI.

<sup>183</sup> Cfr. *Statutum circa causarum criminalium in Regno Poloniae cognitionem*, breve Urbani VIII de die 5 I 1634, in: Bullarium Romanum XIV 360-361; insertum in collectionem constitutionum synodalium Ecclesiae Polonae, ab aepe Ioanne Wężyk a. 1630 Cracoviae editam.

<sup>184</sup> Cfr. *Volumina legum*. III p. 857.

Et in altera causa inter Perillustrem Humanski, Canonicum Varsaviensem, et Rev.dum Fortunski, licet 1722 observaverit instantias in variis Consistoriis Curiae Romanae, aliquot annis agitata fuit. In posterum [v] supplicandum pro observantia legis sub poenis contra Cortesanos<sup>185</sup>.

**Quintus.** Ill.mus D.nus Nuncius Santini nunquam visus est sedens pro Tribunali suo, sed praedictus Rev.mus D.nus Auditor eius omnimodam habuit potestatem exercendae iurisdictionis, cum tamen maioris importantiae causas Ill.morum Episcoporum et eorum Fiscalium Senatorumque Regni iudicare debuisset, et Succedanei Ill.mi D.ni Nuncii deberent; et quidem non solius Auditoris consilio freti, sed adhibitis Adiunctis, praesertim in causis criminalibus, iurium et consuetudinum Patriae gnaris, ex Capitulis Cathedralibus assumendis. Et a minori ad maius Sacrum Concilium Tridentinum, sess. 25, cap. 6, [r] iure merito applicandum et a Sanctitate sua declarandum est<sup>186</sup>.

**Sextus.** Rev.mus D.nus Palma Auditor (parcendo calamo de Antecessoribus suis) leges Regni publicas convulsit, connivente Ill.mo D.no Nuncio, in cognitionem Privilegiorum et Decretorum Regiorum, Commissariorum Reipublicae intravit; causas mere civiles et quae concernunt Privilegia, Decreta Regia et Leges Regni iudicavit; iurisdictiones omnes saeculares, etiam supremas, confudit; decreta Supremi Tribunalis Saecularis Iudicii, partim explicitate, partim implicite cassavit et pro nullis declaravit, usurpando sibi supra Regem et Rempublicam potestatem maiorem, praesumendo sibi omnia [v] licere ex vinculo cum Ill.mo suo Principali habito et ex peculiari ipsius conniventia. Et non solum confudit iurisdictiones, verum et collisiones fecit et ad indignationes provocavit. *Sequuntur 23 casus violationis iurium Regni ab auditore Palma commissae (qui publicabuntur in volumine actorum nuntiaturae Santini).*

Et haec sufficiant ad probandum abusum convulsantem iurisdictionum saecularium, a Nunciis Terrestribus liberis vocibus, non sermonibus maledictis et falsis, obiectum, prout Ill.mus D.nus Santini, Archiepiscopus Trapezuntinus, libertatem et auctoritatem Reipublicae in circularibus suis literis ad Ill.mos D.nos Episcopos scriptis, superius [v] mentionatis, iniuriose circumscripsit et pacem internam inter Statum Spiritualem et Saecularem turbare videtur tali suo facto, Illustrissimosque D.nos Episcopos, alios semper ab Aula absentes, alios raro residentes, multos in Comitibus Grodnensibus non existentes et non ita pridem ad Episcopatus promotos, actorum omnium Nunciaturae notitiam non habentes, ad testimonia favore sui danda ad Sanctam Sedem Apostolicam, contraria Reipublicae et deductioni praesenti stimulat.

**Septimus abusus** iurisdictionis Nunciaturae est, quod Notarios Tribuna-

<sup>185</sup> Cfr. supra, notas 127 et 166.

<sup>186</sup> Cap. 6 de reformatione, loquitur i. a. de non admittendo, in absentia episcopi, eius vicario ad iudicandas causas, sed ut id fiat "ab iis de Capitulo".

lis sui vocare et appellari [r] mandavit titulis attributis Ill. mis D. nis Cancellario Supremo et Vice Cancellario Regni et Magni Ducatus Lithuaniae. Quod siquidem est contra praxim aliorum subselliorum spiritualium Regni huius et derogat authoritati Ill. morum Ministrorum Status Regni et Magni Ducatus Lithuaniae, qui soli in Regno et Magno Ducatu Lithuaniae Cancellarii et Vice Cancellarii, per Statuta et Constitutiones Regni circumscripti, eodem titulo uti debent. Hoc ideo, ne in futurum similia fiant, tituli que Cancellarii et Vice Cancellarii abrogentur, verum, ut se tamquam Notarii subscribant et a Nunciatura [r] nuncupentur, pro honore Reipublicae et Ministeriorum eius apud Sanctissimum instandum est.

**Octavus abusus.** Quod Ill. mi D. ni Antecedanei Nuncii soliti erant sequi Curiam Sacrae Regiae Maiestatis, ubicumque in Regno et Magno Ducatu Lithuaniae constituta fuit, praesertim actibus et congressibus publicis assistebant, quid ni iudicia etiam Cracoviae celebrabant, prout acta de tempore Ser. morum Regum<sup>a)</sup> Michaelis<sup>187</sup> ac Ioannis III<sup>188</sup>, in Nunciatura existentia, testantur et ipsemet Generosus Skwarczynski, Cancellarius nunc<sup>189</sup>, optime meminit. Immediatique Ill. mi D. ni Nuncii Apostolici, SanctaCrucius [sic]<sup>190</sup> anno 1693 et Grimaldus<sup>191</sup> [r] anno 1718, in Comitiiis Grodnensibus praesentes fuerunt. Modernus vero Ill. mus D. nus Santini, nescitur qua de causa (sed, ut supponitur, quod male informaverit Sanctam Sedem Apostolicam de eventu Comitiorum, qui a Deo solo, prout et omnia, dependebant, incitatus existens a Sacra Regia Maiestate et ab Ill. mo Supremo Regni Marescalco<sup>192</sup>), contempsit Consilia Reipublicae, deditque occasionem condendae legis ad personam suam; alias, si praesens fuisset, avertere et attendere eis, quae ad officium et ministerium suum spectant, debuisset<sup>b)</sup>, exemplo aliorum Ill. morum D. norum Legatorum, ab externis Principibus omnibus [v] ad eadem Comitia Regni et latus Sacrae Regiae Maiestatis missorum. In futurum, ut vigilantiores fiant illius Rev. mi D. ni Successores praecavendum, et ut iudicia Nunciaturae in praesentia Rev. mi D. ni Nuncii, ubique locorum in Regno et Magno Ducatu Lithuaniae existentis, celebrentur more veteri.

**Nonus abusus.** In taxa iurium Cancellariae Nunciaturae excessiva, quae ut in posterum non ad arbitrium Rev. mi Auditoris constituatur, verum ad instar Consistoriorum Poloniae taxae in Constitutionibus Synodalibus Nęzyhorianski<sup>c)</sup> expressae, modificentur et observentur, occurrendo extenuationi [r] personarum utriusque Status et depauperationi litigantium, supplicandum.

**Decimus abusus** Nunciaturae, quod Cortesanis ad violandum Iuspatronatus Regium<sup>193</sup> protectionem praebet, secundum Sedem Apostolicam favore

<sup>187</sup> Korybut Wiśniowiecki, regnavit annis 1669-1673.

<sup>188</sup> Sobieski, regnavit annis 1674-1696.

<sup>189</sup> Adalbertus Skwarczyński, cfr. supra, notam 181.

<sup>190</sup> Andreas Santacroce.

<sup>191</sup> Hieronymus Grimaldi, nuntius a. 1713-1721, cfr. Tab. XLIV.

<sup>192</sup> Iosephus Mniszech (1670-1747), magnus marescalcus regni annis 1713-1742.

ipsorum informat et institutionem Abbatum, vigore provisionum apostolicarum et praetensarum electionum, plerumque sine nuncio Regis, sine assistentia deputati, e Capitulis Cathedralibus expediri solitarum, sibi soli competere praetendit, contra expressa iura Patriae, quae sunt in novella lege publica De Annis mentionata, quibus mediante Abbatibus in Regno eligi debent per [v] Monachos genere nobiles ex utroque parente; in defectu capacitatis, ex Dioecesi illa, ubi Abbatia et Monasterium situatum, nobilis sacerdos postulari debet, qui pro more et consuetudine electionis, electioni diem praefiget et Commissarios designabit; post subsequutam autem nominationem, et electum in Abbatem instituere deberet et confirmare, ut praescribit Constitutio 1550, fol. 8 l. Ut collationi; 1588 fol. 469 l. De abbatiis; 1607 fol. 835 l. De dignitatibus, tum Statutum Regni apud Herbutum [sic] Latinum, tit. Abbas, fol. primo et sequentibus<sup>194</sup>; 1647 fol. 15 l. Iura Patronatus; 1699, fol. 25 l. Iura[r] Patronatus; in Pactis Conventis, fol. 48 l. Iuspatronatus<sup>195</sup>.

Et quanvis modo ad instar Concordatorum de Episcoporum nominatione et confirmatione Summus Pontifex nominatum et electum in Abbatem per bullas pontificias approbat et de stylo Curiae Romanae litterae nominationis regiae ad Summum Pontificem diriguntur, in quibus pro conclusione petit Sacra Regia Maiestas, ut Sanctitas Sua eam nominationem ratam habere et auctoritate sua suprema confirmare dignetur, et litterae ad Protectorem Regni, prout in materia Episcopatum innotescientiales, ut promoveat nominatos apud Sedem Apostolicam, expediuntur, [v] ad Monachos quoque litterae hortatoriae a Sacra Regia Maiestate solent de antiqua praxi (d[...], ut<sup>d</sup>) in eundem et non alium nominatum suffragia sua conferant, quod luculentius nomine regio Nuncius Regius, ad eum finem ordinatus et instructus, exponere ipsis debet in actu electionis. Attamen, quia saepissime Monachi, confisi protectioni Nunciaturae, leges et antiquam praxim quoad nominationem regiam convellunt, et ob informationes a Nunciatura datas Eminentissimi Protectores Regni saepissime pro iuribus Maiestatis nihil efficere possunt, hinc supplicandum, ut amplius Nunciatura futura se in praemissis [r] non ingerat, et executio Bullarum committatur Ill. mis Loci Ordinariis, ne praestitum ab Abbatibus iuramentum solitum coram Nunciatura rursus reiteretur coram Loci Ordinario.

Sumusque in bona spe, quod Sancta Sedes Apostolica tandem aliquando quaestionem istam, huc usque controversam, declarabit per Concordata, favore Regis et Reipublicae ineunda, ad instar nominationis Episcoporum, cum eadem ratio militet etiam ad Abbatias, quae fundata est in nominatione Episcoporum et iurispatronatus; et Maiestatis ac Reipublicae dignitas [v] prae-

<sup>193</sup> Cfr. supra, notam 166.

<sup>194</sup> Cfr. Ioannes Herburt († 1577), *Statuta Regni Poloniae, in ordinem alphabeti digesta*, Cracoviae 1563.

<sup>195</sup> Omnes supra enumeratae constitutiones editae sunt in: *Volumina legum*, T. II p. 599 (cfr. supra, notam 162), 1221, 1603; IV 12-13 (cfr. notam 163); VI p. 35 et 58.

ferenda a Santa Sede Apostolica speratur privato Monachorum commodo, et describitur in Polianthea a Josepho Langio<sup>196</sup>.

**Undecimus abusus.** Quod Constitutiones Synodales, Nunciatura, in motivis decreti inter Cives Nurenses<sup>197</sup> et Perillustrem Lacki, Praepositum Nurensem, anno 1723 in dubium vocavit, praesertim Lib. 1, 2, 3, 4, et 5, usu antiquo receptos, easdemque non observavit, dum ad electiones Abbatum, Praepositorum Conventus Cervenensis, Ordinis Canonorum Regularium Lateranensium<sup>198</sup>, se per Commissarios suos ingressit, iura episcopalia et Capituli Plocensis [r] convulsit, nec extendit datam ab Ill.mo D.no Episcopo Plocensi<sup>199</sup> informationem in electione Praepositi ad Sanctum Georgium Varsaviae<sup>200</sup>, in Blonie<sup>201</sup> et in Krasne<sup>202</sup>.

**Duodecimus abusus.** Quod Nunciatura non observat Concilium Tridentinum, sess. 23, cap. 3 de reformatione, dum in causis civiliter intentatis procedit in executione decretorum suorum ad fulminandas censuras ecclesiasticas, prout cum scandalo processit contra Magnificum Dambrowski, Equitem Melitensem, respectu debiti [non] ipsius, sed Pazoviani<sup>203</sup>, quamvis ad formam Concilli Tridentini, ne contemnatur gladius Ecclesiae per abusum eius, prius procedere debuisset [v] ab intromissione in Palatium Pazovianum<sup>204</sup>; intuitu cuius proprietatis etiam derogatum est auctoritati iurisdictionis saecularis. In quo casu, ut observetur forma consueta, urgendum est.

a) *In ms. Regis*

b) *In ms. debuissent*

c) *Sic in ms., recte Węzykovanis*

d-d) *In ms. et*

## N. 24.

### Vincentius Santini respondit ad accusationes contra se et nuntiaturam prolatas

[Varsaviae, IX 1727]

<sup>196</sup> Cfr. Josephus Langius, *Novissima polianthea, in libros viginti distributa*, Genavae 1600; opus in *Indice librorum prohibitorum*, decreto 17 I 1626 edito, collocatum.

<sup>197</sup> Nur, oppidum in Polonia septentrionali, tunc ad dioecesim Plocensem pertinens.

<sup>198</sup> Praepositura in Czerwińsk in litore Vistulae sita, prope Plociam.

<sup>199</sup> Andreas Stanislaus Załuski († 1758), epus Plocensis 1723-1736, postea Luceoriensis (ab a. 1736), Chelmensis (a 1739) et Cracoviensis (a 1748).

<sup>200</sup> Ecclesia hodie non existens.

<sup>201</sup> Błonie, oppidum et paroecia in archidiaconatu Varsaviensi.

<sup>202</sup> Pagus et paroecia in dioecesi Plocensi, prope Przasnysz.

<sup>203</sup> Videtur agi de debito 18 000 ducatorum Polonorum, quod Casimirus Pac († 1719), commendatarius ordinis equestris S. Ioannis Melitensis, solvere debebat conventui Carmelitarum Vilnensium. Dąbrowski agebat eius nomine.

<sup>204</sup> Palatium Belvedere nuncupatum, a Casimiro Pac prope Varsaviam aedificatum.

*Respuit accusationes Comitiorum Grodnensium (cfr. App. N. 23), respondendo ad singulas et iustificando actiones suas et Iosephi Palma, auditoris ad ex-plendum munus suum bene instructi et notitia legum callentis.*

**Cop.:** AV, Nunz.Polonia 394 s.f.; in margine referentiae ad scriptum antecedens: "C", "J". Cognomen Santini videtur esse introductum initio et in fine textus a copista in Secretariatu Status.

### Risposta

alle accuse che sono state portate a Nostro Signore  
contro Mons. Nunzio Apostolico e la Nunziatura di Polonia.

Mons. Santini aveva scelto per suo Auditore l'Abbate Giuseppe Palma, nobile della sua Patria e suo cugino, quando dalla santa memoria di Clemente XI fu designato Nunzio Apostolico in Colonia<sup>205</sup>, e l'avrebbe condotto immediatamente seco in Polonia, se non gli fosse stato ordinato di lasciarlo per Amministratore della Nunziatura in Colonia, fino all'arrivo colà di Mons. Cavalieri<sup>206</sup>. Et egli, al presente in età d'anni trentatre, Chierico Beneficiato già da molti anni e certamente non meno bene instruito di ogn'altro Auditore in Nunziatura [v] Apostolica di tutto quello che è necessario sapere per adempire alle obbligazioni di un tale carico. Qual concetto abbiano avuto di lui il Sig. Card. di Sant'Agnese<sup>207</sup> et il Sig. Card. Paulucci di felice memoria<sup>208</sup> può vedersi dalla copia delle lettere, qui annesse<sup>209</sup>. Il Sig. Abbate Ludovico Favini non era che semplice chierico, e ben sapendo l'uso inveterato che tutti i Nunzii Apostolici conducono seco il loro Auditore, non pregò ne meno a farmi istanza alcuna di ritenerlo.

2° e 3°. Fu impedito all'Abbate Favini l'esercizio di questa Giurisdizione Apostolica, perché essendo gionto in Polonia [v] dopo la morte di Mons. Archinto, di felice memoria<sup>210</sup>, non aveva avuto da lui delegazione alcuna e non recava seco né Breve, né lettera di costì, che lo facesse conoscere, qualunque [sic] di queste cose avess'egli potuto mostrare. L'istesso Sig. Gran Cancelliere<sup>211</sup> mi disse, che avrebbe potuto esercitare liberamente il suo ministero,

<sup>205</sup> Santini destinatus quidem fuit nuntius in Colonia a Clemente XI († 19 III 1721), sed nominationem habuit iam ab Innocentio XIII, 4 VI 1721; cfr. Tab. XLVI.

<sup>206</sup> Caietanus de' Cavalieri († 1738), nuntius Coloniensis a. 1722-1732, designatus est ad hanc nuntiaturam 4 V 1722.

<sup>207</sup> Georgius Spinola († 1739), card. tituli S. Agnetis extra muros annis 1721-1734.

<sup>208</sup> Fabricius Paulucci, olim nuntius in Polonia, mortuus est 12 VI 1726; cfr. Tab. XXXVIII.

<sup>209</sup> Copiae litterarum amborum cardinalium, scriptae eadem manu ac praesens documentum, inscriptae sunt Abbati Palma diebus 24 X 1722 et 20 II 1725. Inveniuntur ante praecedens documentum in eodem manuscripto, sine foliatione.

<sup>210</sup> Hieronymus Archinto mortuus est Varsaviae 1 X 1721, cfr. Tab. XLV.

<sup>211</sup> Ioannes Szembek († 1731), magnus regni cancellarius ab a. 1712.

siccome V.ra Eminenza può vedere nella lettera da me scritta in data de 13 Maggio 1722 all'Eminentissimo Sant'Agnese. Subito che io ebbi avuto l'onore di esibire a Sua Maestà in Dresda il Breve della mia Nunziatura, vi fu chi mi propose di delegargli [v] per lettera la giurisdizione, perché in tal maniera, essendo io già riconosciuto per Nunzio, ancor egli senza alcuna difficoltà sarebbe stato riconosciuto per Auditore. Mi astenni di farlo, perché tra pochi giorni dovevo essere io stesso in Varsavia.

La giurisdizione che li Auditori esercitano essendo soli in Polonia in caso di partenza de Nunzii, o per la loro dimora in Sassonia, viene unicamente dalle loro delegazioni, il che è già più volte accaduto in tempo di Sua Maestà. Che il Tribunale Apostolico in Polonia sia stato tenuto qualche tempo a Ratibor o a Tropau in Slesia, non [r] è cosa che mi appartenga. Furono cagioni di ciò i noti torbidi di questo Regno. E mi giova credere, che la cosa fosse anzi desiderata che contrastata da quei Ministri e da tutti quegli che avevano bisogno dell'autorità di un Tribunale Apostolico.

Nel gran numero di Arcivescovi, che hanno honore di essere Legati Nati della Santa Sede Apostolica, non vi è, che io sappia, che l'Arcivescovo di Gnesna, il quale, passando i Nunzii di Polonia ad altro impiego, abbia preteso di esercitare la loro giurisdizione fino all'arrivo del Successore. Il mio stesso [v] Auditore ha avuto l'onore di esercitarla per molti mesi in Colonia sotto gl'occhi di quel Ser.mo Arcivescovo Elettore, Legato Nato della Santa Sede<sup>212</sup>, non meno di qualsivoglia altro.

L'attestazione che io procurai da questi Procuratori, che è già in mano di V.ra Eminenza, non contiene cosa alcuna contro Sua Maestà o la Republica, dicendo eglino solo che il Sig. Makranorvski<sup>213</sup>, doppo di aver dato loro i noti ordini, aveva aggiunto che gli spiaceva di operare in tal maniera contro la presente Nunziatura, dalla quale aveva ricevuto anzi qualche favore, che torto; [r] e che se aveva parlato contro di me in Grodno, non aveva fatto ciò di proprio motivo, ma per obbedire a chi poteva comandargli. L'istesso ripeté egli di poi ad un personaggio per nascita, per grado e per probità a tutti ben noto, superiore ad ogni eccezione [sic].

4°. Si venera e si osserva da noi inviolabilmente la disposizione dell'accennato breve della santa memoria di Urbano VIII ogni qualvolta la parte appellata fa istanza che la causa sia rimessa al Foro Metropolitano; e perché così appunto seguì in quella del Fortunski, accusatore del Canonico Humaniski, non so vedere per qual ragione se ne faccia ora doglianza, [v] tanto più, che non mi è ne meno noto quello che il Fortunski abbia di poi fatto et ottenuto costì. L'istesso si sarebbe anco praticato nella causa tra il Sig. Canonico Krassorvski e il Sig. Krasnodebski, suo accusatore, se questi non avesse ac-

<sup>212</sup> Iosephus Augustus e ducibus Bavariae († 1723), aepus et elector Coloniensis ab a. 1688.

<sup>213</sup> Franciscus Constantius Mokronowski, vexillifer Varsaviensis et iudex officii marescalcis, cfr. infra, App.N.26.

consentito immediatamente nel foro della Nunziatura. E la di lui appellazione alla Santa Sede fu da noi ammessa in conformità dell'accennato breve di Urbano, il quale ordina che non adempiendosi in questo Regno le tre istanze, o procedendo il Metropolitan in prima, debbansi dare di costì Giudici Commissarii [v] dimoranti nel Regno.

5°. Non è stato mai in uso de Nunzii di Polonia di tenere egliino stessi le udienze di questi Avvocati e Procuratori, se non per avventura in caso di assenza o infermità degl'Auditori, né questi hanno mai preso Aggiunti o Assessori. Non tralasciano [sic] però gl'Auditori d'informare e di ragionare con i Nunzii circa le cause più gravi, comunicando loro le sentenze o decreti, avanti che siano publicati; né si lascia di ricercare l'altrui parere qual'ora si stima utile o necessario. [v]

6°. Il proemio di quest'articolo è certamente concepito in termini gravissimi e per così dire spaventevoli, ma dall'esame de casi particolari, de quali si fa menzione, che per maggior chiarezza sarà in fine di questo foglio, apparirà la giustizia e la verità, che vi si contiene.

7°. Solo ora mi è accaduto di intendere, che il Cancelliere e Vice Cancelliere della Nunziatura fossero anticamente chiamati Notaro e Sotto Notaro. In questi nostri registri si vede, che i titoli di Cancelliere e Vice Cancelliere cominciarono [sic] ad essere in uso in tempo di Mons. Torres, Nunzio Apostolico [r] in Polonia, che vale a dire ottant'anni fa<sup>214</sup>. E per quanto intendo, non vi è Vescovo in Polonia che non abbia il suo Cancelliere. La dignità de Cancellieri e Vice Cancellieri della Corona o di Lituania è sì grande e tanto superiore a questi nostri, che qualsivoglia titolo ch'egliino prendano non può certamente far loro ombra alcuna.

8°. In qualsivoglia parte di questo Regno o del Ducato di Lituania, che i Ser.mi Re di Polonia stabiliscano per qualche spazio di tempo la loro residenza, sarà sempre di obbligazione e di onore de Nunzii di Polonia il seguirli et aprire etiamdio in ogni luogo [v] il loro Tribunale qual'ora la cosa possa essere grata e commoda a litiganti. Il che non si stima molto facile, perché i Procuratori e li Avvocati, che patrocinano in esso le cause, non sogliono muoversi di Varsavia.

Non sono io il primo che abbia tralasciato di andare a le Diete Generali tenute in Lituania. E non sono intervenuto in quella dell'anno scorso; ciò è accaduto in primo luogo, perché la Santità Sua aveva per sua benignità rimessa la cosa al mio arbitrio, e secondariamente, perché oltre a quello che intendendo di altri Nunzii, l'esperienza di due Diete vedute in Varsavia, mi haveva [r] fatto conoscere che in simili congiunture questi Signori Senatori sono talmente occupati negli affari della Nazione, che non hanno ne pure un momento di tempo da negoziare con alcun Ministro Farerstiero [sic]. Questa mia considerazione, fondata sull'esperienza, fu approvata da molti che andando a Gro-

<sup>214</sup> Ioannes de Torres fuit nuntius in Polonia a. 1645-1652; cfr. Tab. XXVI.

dno passorono[sic] per Varsavia; e l'evento l'ha pienamente verificata, poiché niuno de Ministri Forestieri che sono stati a Grodno, ha avuto occasione di conferire, nemmeno per pochi momenti, con quegli della Nazione. E' vero che Sua Maestà si compiacque di propormi per mezzo del Sig. Gran Maresciallo della Corona<sup>215</sup> di andare a Grodno, ma oltre alle [v] ragioni che non tralasciai di addurre per iscusarmi, mi sia anco lecito di dire che io ebbi assai validi motivi per credere che il benigno invito di Sua Maestà non aveva altra origine che il desiderio di compiacere a qualche Ministro che gliel'aveva insinuato; e più ancora di temere delle intenzioni di questo. L'evento ha pur troppo fatto conoscere non essere stato vano il mio timore, poiché si vuol pure che il solo zelo del ben publico abbia dato motivo a tutto quello, che vi si è fatto contro di me. Come potevo io lusingarmi, che la mia presenza colà avrebbe persuaso ad abbandonarlo quell'istesso [r] che mi vi desideraria.

9°. La tassa de dritti della Cancelleria della Nunziatura è antichissima e moderatissima. E qual'ora si presenta qualche spedizione in essa non compresa, anzi che alzarla, si diminuisce al possibile; e ai poveri si dà tutto gratis. Perché poi si fa menzione di quella delle Costituzioni Sinodali, fatta da Mons. Venzyk, già Arcivescovo di Gnesna e Primate<sup>216</sup>, essendo noto che ella non è osservata in alcuna di queste Cancellerie Vescovali.

10°. In ordine all'affare delle Abbazie, che oltre ho io fatto che obbedire ai comandi di Nostro Signore, facendogli nel tempo [v] istesso fedel relazione di quanto qui mi accadeva intorno ad esso, l'intenzione di quanto io vi ho operato, in voce o in scritto, è stata di dimostrare del preteso ius patronato, e che, quando anco sussistesse, non perciò si avrebbe alcun dritto di dare le Abbazie in Commenda, non già a fine d'impedire, o l'esibizione di un Concordato, tanto vantaggioso, o le grazie singolarissime, che Nostro Signore ha in questo genere fatto a più d'uno, ma per tanto più facilmente indurre questi Signori a ricevere con gradimento l'effetti della paterna clemenza di Nostro Signore. V.ra Eminenza e tutta la Sagra Congregazione Concistoriale [r] ben sa qual sia stata l'infelice sorte di questa mia buona volontà e quanto sinistramente siano state interpretate le disposizioni fatte circa la Prepositura di Mieko-  
via<sup>217</sup>, unicamente per compiacere alle istanze di Sua Maestà ad ovviare ad ogni futuro contrasto.

11°. I motivi esposti nel decreto concernente la causa di Cittadini Nurensi, che si mandano qui annessi<sup>218</sup>, non distruggono le Costituzioni Sinodali Provinciali della Polonia, ma osservano solamente che il libro primo, secondo, e terzo, e quarto delle medesime, non essendo, si come è fuor di dubbio, approva

<sup>215</sup> Iosephus Mniszech.

<sup>216</sup> Ioannes Węzyk († 1638), aepus Gnesnensis et primas Poloniae ab a. 1627. De collectione constitutionum synodaliū eius iussu edita, vide notam 183.

<sup>217</sup> Praepositura canonicorum regularium S. Sepulchri in Miechów in Polonia meridionali.

<sup>218</sup> Inveniuntur in eodem manuscripto una cum supradictis epistulis cardinalium ad auditorem Palma.

to da la Santa Sede [v], non può aver luogo in quella parte, in cui è direttamente contrario alla disposizione de Sagri Canoni. Pende tutt'ora avanti la Sagra Congregazione de Vescovi e Regolari la causa del Convento de Canonici Regolari Lateranensi di Czerwinski contro Mons. Vescovo di Caminiecz<sup>219</sup>, Abbate Commendatario, e contro Mons. Vescovo di Plosko, Ordinario del luogo<sup>220</sup>, in ordine alla giurisdizione, che tanto l'uno quanto l'altro pretende di esercitare sopra di esso. La Nunziatura, anco per decreto del Sig. Card. Nicolò Spinola, Ponente della causa<sup>221</sup>, ha esercitato [r] sopra il Convento quegli atti di giurisdizione, che vi ha esercitato Mons. Grimaldi e i Nunzii passati nel medesimo caso di lite. E l'informazioni di Mons. Plosko sono state inviate alla Sagra Congregazione.

12°. Il rimedio delle censure, essendo sussidiario, la Nunziatura non lo mette in opera, se non quando non può in altra maniera far avere esecuzione ai suoi decreti. La Potestà Secolare, ricusando quasi sempre di concedere, non solo alla Nunziatura, ma anco ai Vescovi, la mano forte contro i ribelli, e pretendendo di conoscere de meriti e delle ragioni delle sentenze [v] e dei decreti che vengono a lui rimessi pro exequutione, non si può in Polonia non mettere in esecuzione [senza] il rimedio delle censure. Uno di questi casi è stato quello del Sig. Dombrowski, Cavalier di Malta, il quale, in virtù di due decreti, o siano rescritti della Signatura di Giustizia, fu obbligato ad obbedire alla scomunica, fulminata contro di lui dalla Nunziatura, e a sodisfare al pagamento del debito, per il quale era stato convenuto. Da questa stessa causa apparisce se la Nunziatura [r] osservi o no la disposizione del Sagro Concilio di Trento nel cap. 3, sess. 25 De reformatione. *Sequuntur responsiones ad casus particulares relatos inter gravamina Comitiorum Grodnensium (cfr. N. 23, Abusus 6).*

Da tutto il già detto è manifesto che la Nunziatura, a riserva delle cause fra gl'esenti, conosce solo de meriti di quelle che gli vengono portate in grado di appellazione dai decreti de Giudici delle Prime [v] Istanze, e che a tre specie di cause si riducono le doglianze contro di essa, e più anco contro i Vescovi della Polonia: 1°, alle cause de beni, qui si chiamano terrestri, applicati perpetuamente a qualche fondazione ecclesiastica; 2°, alle cause de censi ecclesiastici; e 3°, alle cause delle decime. Ciò si vede anco più ampiamente ne' fogli che furono già preparati a Mons. Grimaldi e poi a Mons. Santini, subito dopo la Dieta dell'anno 1724. E dalle risposte che furono ad essi date [r] fino da quel tempo, ben potrà V.ra Eminenza conoscere se io potevo operare diversamente, senza mancare al mio dovere.

---

<sup>219</sup> Stanislaus Iosephus Hosius (1674-1738), epus Camenecensis ab a. 1722.

<sup>220</sup> Andreas Stanislaus Załuski, cfr. supra, notam 199.

<sup>221</sup> Olim nuntius in Polonia, ponens Signaturae et auditor generalis Camerae Apostolicae; cfr. Tab. XLII.

**Benedictus XIII  
 declarat nullitatem actorum comitiorum Grodnensium  
 adversus nuntiaturam in Polonia emanatorum**

Romae, 25 IX 1728.

*Habita notitia novellae legis, a comitiis Grodnensibus adversus nuntiaturam editae (cfr. App. N. 22), et quinque articulorum exsecutorialium, necnon tentaminum executionis eorundem, denuntiat factum derogationis auctoritati et iuribus Sedis Apostolicae ac declarat omnia illa acta et facta nulla, irrita et invalida; in illos vero, qui ea emanarunt et executioni mandarunt vel mandare auderent, censuras ecclesiasticas fulminat, sibi ipsi reservatas.*

Ed.: Bullarium Romanum XXII 726-730.

Benedictus Papa XIII  
 Ad futuram rei memoriam.

In supremo Apostolicae dignitatis fastigio, meritis licet imparibus, per ineffabilem bonitatis abundantiam constituti, nostra et huius Sanctae Sedis iura, ecclesiasticamque libertatem, ex commissi nobis caelitus Pastoralis Officii debito, sarta tecta tueri et, si ea pravis quorumcumque ausibus violata esse novimus, ab eiusmodi violationibus asserere et vindicare tenemur, sicut omnibus maturae considerationis trutina perpensis, aequitati et iustitiae consentaneum esse in Domino arbitramur.

Alias siquidem per Nos accepto, quod Ordines Regni Poloniae in eorum Diaeta, sive Comitiis Grodnensibus, mense Octobri 1726 habitis, quamdam novellam legem, seu Constitutionem, non minus adversus bonae memoriae Vincentii, dum viveret, Archiepiscopi Trapezuntini, Nostri et Apostolicae Sedis apud Char.mum in Christo filium nostrum Augustum, Poloniae Regem Illustrem, tunc temporis Nuncii personam ac dignitatem et Nunciaturae Apostolicae in eodem Regno Tribunal, quam adversus ecclesiasticam libertatem, nostramque et dictae Sedis auctoritatem et iurisdictionem tulerant atque promulgaverant<sup>222</sup>, ac subinde, nempe die 26 Mensis Novembris immediate subsequentis, quinque articulos, quos gradus executionis dictae novellae legis, seu Constitutionis vocant, ediderant, quibus inter alia sub carcerum, executionis militaris, aliisque atrocibus poenis et multis etiam pecuniariis dis

<sup>222</sup> Vide supra, App. N. 22.

trictè inhibebatur omnibus et singulis Causidicis et Advocatis, ne de caetero coram eodem Vincentio Archiepiscopo et Nuncio, ac in Nunciaturae praefatae Tribunali causas et lites, ut moris erat, defendere et actitare, aut ab eis aliqua gratiae vel iustitiae remedia, negotiorumve expeditiones obtinere audent; parochi autem et Vicarii ac Superiores Monasteriorum et Conventuum censuras ecclesiasticas, quae a dicta Nunciatura Apostolica emanarent, in suis respective Ecclesiis publicare, sub poena sequestri bonorum, quae possidebant, prohiberentur; ac insuper, ut in domibus prope Nunciaturam praedictam Milites statuerentur, qui nedum Causidicos et Procuratores huiusmodi, sed etiam alios quoscumque, ad eandem Nunciaturam recurrere volentes, inde arcerent et amandarent, expedire decernebantur; aliaque in maximum ecclesiasticae et pontificiae potestatis contemptum et iniuriam praescribebantur<sup>223</sup>, perinde ac si Inclytæ Nationi Poloniae, ob cultum pietatis et constantem in Romanos Pontifices et hanc Sanctam Sedem devotionem per omnes aetates summopere commendatae, ignotae fuissent gravissimae, per Sacros Canones irrogatae, poenae ac censurae in eos, qui Arcam Dei sic attingere, sacraque Ecclesiae iura conterere non exhorrent.

Nos, praemissa omnia in amaritudine cordis nostri serio considerantes, tum paternis nostris literis, quas ad memoratum Augustum Regem, necnon Venerabiles Fratres nostros Archiepiscopos et Episcopos et Proceres Regni Poloniae conscripsimus, tum aliis adhibitis mediis, arguimus, obsecravimus, increpavimus, instantes opportune et importune in omni patientia, ut enarrati excessus, debita actorum rescissione, congruaque tantorum gravaminum reparatione sarcirentur, charitati interea Nostrae diuturniori longanimitate indulgentes, ut qui illa admirantur, ita [in] eam, a qua tam longe aberraverant, iustitiae viam tandem redirent. Quae dum praestolabamur, non sine novo animi nostri maerore, ad novellae legis seu Constitutionis ac quinque articulorum huiusmodi executionem per intimationem atque denunciationem, tum Cancellario dictae Nunciaturae, ne aliquem actum iurisdictionis ab ea dependentis exerceret, tum Causidicis et Advocatis praefatis, ne inibi ad causas ac negotia procuranda comparerent, factam, processum fuisse<sup>224</sup>, ex epistolis eiusdem Vincentii Archiepiscopi et Nuncii cognovimus; licetque subinde, postquam videlicet literae nostrae praedictae in Regnum Poloniae pervenerant, inhibitiō Cancellario, Causidicis et Advocatis huiusmodi, sicut praemittitur, denunciata relaxata fuerit, non tamen ad novellae legis seu Constitutionis, cum quinque articulis praedictis, uti par erat futurumque sperabamus, abolitionem deventum est.

